

LAURUS SYLVESTRIS
feu Tinus.

PLATANUS.



Hæc arbuscula est Lauro humilior in alas divisa, ramis longiusculis articulatis: folia lauro vulgari latiora, nigricantia, inodora, ramos ordine quodam ambientia, leviter lanuginosa: ramulorum summitatibus umbellæ florum (quinis foliis constantium) alborum, foris purpurascens, insident: quibus succedunt baccae seu fructus subcærulei oblongi, tenui pericarpio semen continentes. Hanc in Italiae hortis observavimus, quam in Hetruriæ sylvis frequentem dicunt. Theoph. 1. hist. 15. ubi Gaza simpliciter Laurum vertit, *ἡ δὲ πύλη ἐπὶ τῆς*, Cato Laurum sylvaricum, Plinius lib. 15. c. 30. Laurum Tinnum appellavit. Anguillara Lauro sylvatico Italici dici scribit. Bellonius, Lentagine nuncupat, Clusius & ex eo Lugd. pro Tinno tertio, at Tabernæmontanus pro secundo, proposuere.

Πλάτανος.

PLATANUS.

CAP. XCI.

Tenerrima Platani folia in vino decocta, mox illita, oculorum fluxiones sistunt: tumores & inflammationes levant. Decoctus cortex in aceto, dentes in dolore colluit. Virides pilulæ in vino potæ, serpentium moribus auxiliantur: exceptæ autem adipe, igni ambusta sanant. Insidens foliorum, pilularumque lanugo, oculos, & aures offendit.

Platanus Italia advena peregrinaq; est, quanquam regionem diluunt (ut Theophrast. est author) multi, magniq; fluvii. Verum enimvero si ibi nonnulla virescunt Platani plantæ, ut quas ipse Neapoli, & Patavii vidi, sunt quidæ ex longin-
 30 quis regionib. allatæ, ut etiam antiquitus a Romanis per mare Joniū invec̃ta fuere, eorum duntaxat umbra gratia Romæ expetite, ubi platani tantum honoris increbuit, ut diu nutritæ sint merovradicibus infuso. Namq; hæc arbor plurimū vini irrigatione gaudet: tametsi majorem in modum fontes, & fluvios amet. Platanus ad amplissimam ramorum amplitudinem adsurgit, adeo ut Licinius Murianus civis Romanus, Plinio teste, hoc prodendum etiam posteris putarit: qui provincie Lyciæ legatus assummat, in ea fuisse platani sociam gelidi fontis amœnitæ itineri appositam, octoginta atq; unius pedū specu, numero vertice, se vastis protegentem ramis arborū instar, & agros longis obtinentem umbræ: ac ne quid desit speculæ imagini, saxeæ intus crepidinis corona, muscosos complexa pumices: intra quam se epulatū cum duodevigesimo comite, largè ipsa toros præbente fronde, ab omni afflatu securum, optantem imbrium per folia crepitus, latiore quam marmorum nitore, picturæ varietate, laquearium auro, cubuisse in eadem. In Creta insula ad Cortyniam Platanus stetisse fertur apud fontem quendam, quæ folia hyeme non amitteret, sub qua Jovi compressam Europam indigenæ fabulantur. In
 60 Asia longè majores habentur: nam earum folia, quæ unâ cum fructu ad memisit Constantinopoli Gulielmus Quacelbe-
 nus, eruditissimus, Medicus vinifera viris majora sunt. Pilulæ verò juglandis magnitudinem aquant, & hirsutiores spectantur, quam quæ in Italia proveniunt. Scripsit quoq; de Platanorum vastitate Pausanias lib. 7. historiæ veteris Græciæ, his verbis. Præterfluit Phærensium agrum fluvius Pierus in cuius ripis Platanorum lucus est, tanta arborum magnitudine, ex ipsa vetustate, ut intra cavernas (multæ enim concavæ sunt) qui velint, & epulari, & recumbere possint. Fori area magna, & late patenti ambitu est, quo scilicet spatium esse consueverunt priscorū fora. Quæ in Italiâ invec̃ta fuerunt elimatis inclementia in magnâ proceritate non adolescunt: attamen sunt cortice crasso, subalbicæte, fronde vitiginea aversa parte candida, sed multo minore, lata, longo rubroq; pediculo, flosculo parvo ac pallido, bacchi rotundis, scabri, & lanuginosis, longo à pediculo dependentibus: ex quib. oleū fieri prodidit Plin. lib. 15. c. 7. Platanum umbra usq; eo delectatū Xerxē in terra Lydia scribit Aelian. ut diē integrū sub ea cū maximo exercitu consumpsit, floccipendens tã brevi voluptate tot copias remorari. Platanus

Platani
confider.Mira Pla-
tani, va-
stasq; am-
plitudo.Pausanias
de Plata-
no.Platani
descript.

Platani
vires ex
Gal.

Platani adversantur vesperilionibus: earum pilula addito melle, & illita, lentigines, veteresq; nigritias emendant. De platano differuit Galenus libr. 8. simplicium Medicamentorum, sic inquit. Platanus humidioris frigidiorisq; essentia est, non ita multo quam symmetra. Proinde folia viridia trita & illita, prohibent, resolvunt, reprimunt, & non obscure phlegmonas nascentes adjuvant: Cortex autem, & pilula magis desiccantem vim obtinent, ut ille quidem in aceto coctus ad dentium adhibeatur dolores: pilula verò cum adipe ad ulcera ambusta. Sunt autem qui cortice combusto medicamen desiccatorium, & absterforium efficiunt, ut cum aqua lepras sanet, per sese illitum, ob humorem nimium, vetera & sordida. Vitandus est pulvis folii arboris insidens, alioqui si spiritu attrahatur, arteriam offendit, valenter desiccans, & exasperans, vocemq; laedit, sicut sane etiam visum & auditum, si in oculos, aut aures inciderit. *Plátano* & ut Græcis, ita pariter Latinis Platanus appellatur: Arabibus, Dulb: Italis, Platano. Gallis, Plan, sive Plane.

Nomina.

Platanus nomen habet ab amplitudine, ob latè diffusos ramos, amplaq; folia, de qua Plato in Phædrone, Theophrastus, Aelianus, aliiq; Platanum vocantes, ut ex recentioribus Cord. Gef. Dodo. Lob. Lac. Cast. Cæsal. Lugd. Taber. Platanum Græcam vocabimus ad differentiam Gallicæ (relicta sententia Cornari, qui Tiliam vulgarem Platanum autumat) quæ ob foliorum formam & nominis similitudinem, huc quidem referri posset, quæ Acer major dicitur: at quia Aceris in simpl. med. classe Dioscorides, Galenus, Ægineta, Aëtius aliiq; non meminerunt, & viribus cum Platano non convenit, de eo, ejusq; speciebus in universali historia.

Medic.

FRAXINUS.

CAP. XCII.

Fraxini
histor. ex
Theoph.

Plinii la-
pius, fra-
xini folia
mortific-
ra esse,



FRAXINUS arbor nota est. Cujus foliorum succus, & ipsa ex vino pota, & illita viperarum ictibus auxiliantur. Corticis cinis ex aqua illitus lepras eximit. Ligni ramenta, scobemq; potu perniciem afferre tradunt.

FRAXINUS arbor est notissima. Ejus (ut Theophrastus memoria prodidit lib. 3. cap. 11.) duo reperiuntur genera: quorum alterum excelsum procerumq; est, lignum habens candidum, crassivenium, nervatum, mollius, enodius, ac crispus: alterum humilius, minus auctile, scabrum, durius, & flavius. Folia laurinis, lauri latifolia similia, in acutius tamen coacta, & ambitu leviter serrata. Ramulus tortus, quem solum unum putaveris, quod simul cuncta folia ferat singulari pediculo, & singulis foliis conjugatim, veluti per genicula, pendentibus constat: amplo intervallo conjugationibus distinctis, perinde atq; in sorbo. Fert fructum in siliquis linguis avicularum similem, subrubrum, & gustu subamarisculo ac medicato, minutum, nucosum, qualem amygdala, gustu subamarum. Fraxinus exalfacit & siccit, adstringit, resolvit, abstergit, attenuat. Tradidit Plinius fraxini folia jumentis mortifera: ceteris ruminantium innocua: quæ de taxo, non de fraxino Theophrastus prodidit, inquit. Si jumenta (ut ferunt) taxi folia comederint, emoriuntur: si ruminantia, nihil incommodi patiuntur. Sed nominum vicinitate Plinium deceptum esse crediderim, nam Græcis fraxinus *μυδάξ*, taxus verò *σινδάξ*, & *μυά* & appellatur: unde unum pro altero sumens Plinius, facile (ut diximus) in errorem incidit. Residens fuerit in hoc Plinium lapsum fuisse, clara in Italia experientia, siquidem taxi foliis, non fraxini, jumenta non ruminantia necantur. Quinimo hac salutare pra-

stant remedium lethalibus serpentium venenis: quibus adeo inimica est fraxinus, ut ne matutinas quidem occidentesve umbras quamlibet spatiosas serpens arboris hujus attingat. Quapropter expertum proditur, si fronde ea gyro claudatur ignis & serpens, in ignem potius, quam in fraxinum fugere serpentem. Mira naturæ benignitas, priusquam hæc prodeant, florere fraxinum: nec ante conditas folia dimittere. Quo argumento fretus, non vereor quin unusquisq; medicæ materia-

Roberti
Constanti
halucina-
tio.

Fraxinus
humilior
Ornus.

Fraxini
vires.

Aqua &
oleū fra-
xini.
Avis lin-
gua.

studiosus, facile deprehendit hallucinari proculdubio Robertum Constantinum, in annotationibus editis in Amathi Lusitanæ enarrationes in Dioscoridem, dum contra sententiam nostram, hoc in loco Plinium defendere nititur. Atqui si suam ipsius ignorantiam & Plinii errorem cognoscere cupit, alat suum equum aut asinum fraxineis frondibus: id si fecerit, sui erroris atq; Plinii palinodiam recantabit. Quod si plura à nobis doceri non dedignabitur, sciat devoratis à quadrupedibus fraxini foliis ea certo sanari, quæ taxum fuerint depasta. Humiliorem Fraxinum Ornem & orneoglossum vocare quidam, ab ipsius fructus figura, quæ linguae imaginem refert, quamobrem avis linguam illum vocant officinæ. De quo disserens Plinius lib. 24. cap. 8. mederi id jecinoris, & lateris doloribus in vino tradidit: aquam, quæ subit cutem, extrahere corpus ob esum levare onere, & ipsum sensim ad maciem reducere. Id quoq; in recentiorum medicorum usu est ad stimulantem venerem. Fraxini spumam, quæ à viridi ligno igni exposito manat, additis succi cyclamini, scille, rutæq; equalibus partibus omnibus simul parumper servatis, plurimum valere ad surditatem scimus, si in aurem sanam hic liquor calidus infundatur, cum se cubitum receperit ager: at qui eum super affecta aure jacere oportet. Ubi verò utraq; auris surditas occupaverit, in eam fundatur, quæ minus affecta fuerit, & super altera jaceat. Fit è viridi fraxini ligno tesseratim cōciso per descensum, aqua simul & oleū, ut ex ligno Juniperi: quæ quidem aqua, cum quarta parte aquæ violarum purpuræ scilicet illita, ruborem, & pustulas cum eo erumpentes sanat. Ramorum cortex in aqua decoctus splenem absorbit ubi pluribus diebus ejusdem decoctum bibant splenetici. Semen, quod avis linguam vocant Myropola, datur utiliter potandum in lateris dolore, & ad ciendam urinam. Venerem idem excitat, & præsertim, si unâ cum pistaciis & nucibus pineis devoretur, ad-

tur, addito saccharo: idem Semen in Novembris initio decerptum, & in furno siccatum, datur perquam utiliter potandum calculosis, ex vetere vino. Folia fraxineis similia fert stirps illa apprimè celebris, quam vulgò **DICTAMUM ALBUM** nuncupant, ob idq, à recentiorum nonnullis *pumila fraxinus* cognominatur. Hac nullis tam Græcorum, quam Arabum auctoribus (quod equidem legerim) usquam descripta est. Quare non possum non admirari, quonam pacto sibi dictami nomen vendicaverit. Ea est visu pulcherrima, speciosaq, floribus formosis, impensè redolentibus, in purpura albicantibus, citrei arboris modo. Radix ei candida, odore hirci, amaro sapore: proinde mirum non est, si ventris tinea perimat. Tradunt etiam suapte vi pollere adversus lethalia venena, ac omnium venenosorum animalium morsum ictumq, nec minus adversus pestilentiam. Prodest stomachicis, & spiriosis. Elicitur è floribus aqua, quæ naribus infusa capitis morbos frigiditate obortos mirificè propellit. Caterùm non desunt antagonista, qui velint Dictamum hunc esse Dioscoridis Tragium. Sed cum tantum in Creta Dioscoridis, Galeni, Oribasii, Pauli, Pliniiq, testimonio proveniat Tragium, cadit peritq, horum scilorum sententia, quos & illi perpetuò videbant, qui haud ignorant, quanto grandior sit albo dictamina Lentiscus. Namq, quis sana mentis dixerit dictamnum hunc herbam sesquicubitalem ramos habere lentisco arbore non infima, majores, aut grandiores? sed ita sape ducuntur invidi ad stultitiam usq, at qui plura de his in Epistolis scribemus. Quæ arbor Græcè *Moxia*: Latine *Fraxinus* appellatur: Italicè, *Frasino*: Germanicè, *Eschern*, *Eschbaum*, *Stein-eschern*: Hispanicè, *Frasno*, & *Frexo*: Gallicè, *Fraisne*. Bohemicè, *Gelin*: Polonis, *Zefion*.

Dictami
alibi con-
sideratio.

Tragium
Dioscor.
non esse.

Nomina.

Fraxinus duum generum, altera latioribus, altera angustioribus foliis: quæ latioribus, alia sterilis, alia frugifera: ea est quam Theophrastus excelsam dicit, quamq, Macedones *βουβυλίαν* (*Bubulum fraxinum* Gaza reddidit) id est, grandem fraxinum vocitant: idem enim est, ac si diceret *πολυμυλίαν*, & particula magnitudinem significante *πολύ*, Plutarcho in Symposiis auctore: et si ad boum pabula quidam frondes etiam reponant, ita ut & ob eam causam *Bubula fraxinus* forte sit dicta: Hæc Plinio longa & campestris est. Recentioribus fraxinus. Sterilis seu mas solos flosculorum racemos seu globulos nigros fert, qui absq, fructu decidunt, quos Theophrastus *κλεινὴ βρύα*, velut muscos, vocat: pilulas vocat auctor Herbarii Lugdunensis, Muscos in globum coactos quoq, Cæsalp. & Camer. in Matth. hiq, partim fructui propinqui, partim longè remoti verno tempore observantur. Frugifera seu foemina, fructus fert siliquarum instar dependentes, quos aliquis *ἀνθηλαιοειδές*, alii rectius *ἀνθηλοειδές* vocant. Officinis, ex Serapione & Avicenna, *Lingua avis* & *Lingua passerina*.

POPULUS ALBA, ET NIGRA. CAP. XCIII.

POTUS albæ populi cortex uncia unius pondere, ischiadicis, ac urinæ stillicidio prodest, sterilitatē inducere tradunt, si cū mulino rene bibatur. Folia quoq, cum vino post purgationes pora idem præstare produntur. Tepens foliorū succus utiliter aurii dolori instillatur. Pilulæ, quæ primo foliorum partu exiliunt, triæ & cū melle illitæ, oculorum hebetudini medentur. Memoriae prodiderunt, corticem albæ populi, & nigre particulatim cæsum, & fulcis stercoratis mandatum, omni tempore anni edules fungos proferre. Populi nigra folia cum aceto illita, magna utilitate podagricis doloribus illinuntur. Resinam populus fundit, quæ in malagmata additur. Semen potum ex aceto comitialibus utile est. Lachrymam populorum commemorant, quæ in Padum amnem defluat, durari, ac coire in succinum, quod electrum vocant, alii chrysophorum. Id attritu jucundum odorem spirat, & aurum colore imitatur: tritum, potumq, stomachi, ventrisq, fluxiones sistit.

I. POPULUS ALBA.

II. POPULUS NIGRA.



Populus

Populo-
rum con-
sideratio,
& histor.

III. POPULUS LYBICA.

Nigra.

Lybica.

Theo-
phrastus
de Popu-
lo.



Plinii
plures la-
pus circa
Populū.

Ruellii
erratū in
unguen-
to popu-
leo.

Populi u-
va quid.
Poetarū
fabula
circa suc-
cinum.

Succini
varia hi-
storia.

Populus tres habet species: alba, nigra, & Lybica, sive mon-
tana, quae Graeci *κρημν* dicunt. Alba arbor est procer-
a, crasso caudice, albicante cortice, ac laxi. Folia illi sunt vitigi-
nea, aversa parte maxime albicantia lanuginosaq; . Pechii
herba modo, quod à similitudine chamaleucen vocare Gra-
ci, unde illi nomen, *κρημν*. Nigra, procerior, rectiorq; , habetur
folio bederaceo, non tamen ut in alba dissecto, sed integro,
paululum per ambitum serrato, longo tenuiq; , appenso pedi-
culo, apice in acutum desinente: cortice est cineritio, non te-
nui: materia alba ac contumaci ad adunū & utensilium fa-
bricas idonea, praesertimq; , ad asseres parandos. Lybica in Bo-
hemia, & in universa Germania frequentissima visitur, folio
est ceteris rotundiore, tenuiore, anguloso, leviter in ambi-
tu serrato, punctis quibusdam albis consperso, longo tenuiq; ,
pediculo appenso, continuo fere se movente, etiam si nullus in
aere spiritus sentiat. Caudice est ceteris brevior, nigrioreq; ,
cortice vestito, & materia imbecilliore, alba tamen, ac te-
naci, fructum nullum fert nec flores. Alba sterilis. Nigra vero
fructum fert racematim uva speciem representantem, baccis
orbimagnitudine, in quo plurima concluditur lanugo albi-
cans, quae, ubi maturuerint bacca, in pappos evolat. Amat ut-
raq; , nasci in fluminum ripis, in scrobium aggeribus, & uli-
ginosis tractibus. Lybica nascitur in montium sylvis, & syl-
vestribus locis. Semen legitur anteaquam rumpatur, & sic-
catur in umbra. Harum omnium meminit Theophrastus lib. 3.
cap. 14. de historia plantarum, ubi sic habet. Populus alba,
nigraq; , uniformes habentur: ambae natura erectae, sed excel-
sior, leviorq; , nigra: figura foliorum adfinitus, & ligni mate-
ries albedine similis visitur: utraq; , ne florem quidem ha-
bere existimant. *κρημν* (quam quidam Alpinam, quidam
Lybicam vertunt) populo alba non absimilis, cum magnitu-
dine, tum vero quod tamen albicantibus spargitur: folio bede-
ra, sed parte altera sine angulo, altera vero oblongo, inq; , an-
gulum exeunte acutum: colore parte resupina, pronaq; , ferme simili: pediculo prolixo, tenuiq; , annexo, quamobrem non e-
recto, sed inflexo, Cortice asperiori, quam populus alba, scabrioriq; , ut pyrus sylvestris: hac Theophrastus. Hac omnibus pas-
sim nota sunt. Lybica Plinio lib. 16. cap. 23. minima folio est, ac nigerrima, fungisq; , evascentibus laudatissima. Alba folio
bicolor, supernè candicans, inferiore parte viridi. Sed hic Plinius aperte errore notatur, quod hac contra supernè vireat, in-
fernè vero albicet, candida efflorescente lanugine, quae tamen in nigra non visitur, ut Plinius existimat, cum indifferenter
inquit: Populorum folius grandissima lanugo. Sed & tertio idem errasse deprehenditur: quippe qui scripserit eodem libro
cap. 26. populum nec fructum, nec semen ferre, cum tamen fructum ferat, uvarum speciem praesententem, intus alba la-
nugine resertum: atq; , etiam scribat Dioscorides, semen ex aceto potum comitialibus prodesse. Sed quid opus est pluribus
si Plinius seipsum accusat? siquidem libro 24. cap. 8. populum & uvas & semen ferre fatetur, illas utiq; , unguentis, hoc
vero comitialibus praesens. Sed caveant myropola, ne ob id communis usus unguentum populeum vocatum, ex populi u-
vis consiciant, ut Ruellius credidit à Plinio deceptus, & quod in ad unguenta odorata uteretur antiquitas. Quandoquidem
Nicolau Myrespicus non uvas, sed germina, vere primo prodeuntia admiscet: odorata enim sunt, & ceraginosa, cum tamen
nullus prorsus uvis sit odor. Verum enim vero an antiquitas populi uvas odoratis admiscuerit, dubitandum sane est: nam
Plinio lib. 7. cap. ult. ubi de unguentorum materia egit, nil aliud est populi uva quam *brjon*, Latini muscus vocatus. Quem
etiam prater cedrinum, & quernum praeferunt ad unguenta Diosc. & Gal. & inter alia odorata reconfuerunt. Quo fit, ut
facile credi possit, Plinium errore ductum existimasse, muscum in populo nascentem nihil ab ejusdem uvis differre, cum in-
nuit: eodem & *bryon* pertinet uva populi alba. Optima circa Gnidum, & Cariam, in sitientibus, aut siccis asperisq; , locis.
Secunda in Lycia cedro: hac ille. Sed cum cedrus nullas ferat uvas, sed muscum perquam odoratum, hinc Plinii error mani-
feste deprehenditur. Populus utraq; , frequentissima nascitur in agro Mantuano, ac Ferrariensi, non modo in Padis am-
plissimi fluminis litoribus, sed & per agros, & prata in fossarum aggeribus. Ideoq; , fabulantur poëtae, iñi Phaëtonis ful-
mine sorores fletu mutatas in populos arbores juxta Eridanum amnem, quem Padum vocant, ex corticis meatibus insular
auratæ lachryma, electrum, sive succinum fundere, ut adhuc viventes lachrymas effundebant, quae nostro tempore in orbi-
culos, quibus Deipara virginis fœmina salutationes enumerant, effinguntur, & vulgaribus & infimis mulierculis moniliū
vice, collo gestantur decoris gratia. Quare Dioscorides, qui poëtarum fabellis adhibere fidem haud quaquam censebat, no-
luit pro compertis fabulosam succini historiam asserere, sed dubiam, & suspensam tenere. Ideoq; , inquit: Lachrymam po-
pulorum commemorant, quae in Padum amnem destuat, durari, ac coire in succinum, quod electrum vocant, alii chryso-
phorum. Ex quo facile percipi potest, quod cum Dioscorides aliquid de succino suis monumentis mandare decrevisset, nul-
lam ejus certam tenens historiam, ipsum populi generi utriq; , adjunxit: ea tamen ratione id dijudicans, quod non alio in
huiusce operis loco aptius succinum accommodari posset. Quandoquidem in fabulis nactus esset poëtae cecini se carmini-
bus, succinum populos fundere: tametsi non ignoraret, succinum populorum gummi esse nequaquam, siquidem huic fabu-
la datus est locus ob succini innumeros globulos, qui olim filo trajecti ab Eridani accolis collo suspendebantur. Quippe cum
pleriq; , ipsorum, praesertim vero fœmina, ob nimis humidam regionis aëre, ingula morbos, ac strumas incurrerent, his existi-
mabant succinum advesari. Quod fortasse non erat ab omni ratione alienum: namq; , cum facultatem habeat succinum
sistendi fluxiones, collo etiam gestatum, facile inbibere poterat, ne capitis destillationes ingertur destuerent. Quo fit, ut non
demirer, si etiam Germani in oculorum destuxionibus magno successu succineos globulos occipitio adnectant. Reperio in
enaranda Succini historia, auctores complures, sed re vera admodum varios: qui et si gravius (ut historicos decet) hac de
re loquan-

re loquantur, tamen cum ipsi succini originem nusquam videant, & quicquid de eo scripserunt, alii acceptum referant, his nulla, sanè pauca adhibetur fides. Philemon succinum fosile esse dixit, & in Scythia erui duobus in locis, uno candidum, altero verò croceum. Sudines, & Metrodorus succinum prodiderunt in Liguria arboribus effluere, quod Sotacius credidit in Britannia evenire. Pythias tradidit esse locum in Britannia prope Gutones, ubi à fluctibus maris non procul ab Abalo insula succinum advehitur: quo incolæ ad ignem pro ligno utuntur, ipsumq; Teutonibus vendunt. Nicias historicus succinum solis radiorum succum esse voluit: hic enim credit radios vehementius actos in terram pinguem sudorem in ea parte relinquere, deinde æstate ficcare, & à fluctibus maris in Germanorum littora ejici. Idem & Aegypto nasci simili modo dixit. Item in India, gratiusq; thure esse Indis. Non desuerunt etiamnum, qui succinum nasci tradiderint juxta mare Atlanticum in lacu Cephisside dicto, qui sole excalsfactus è limo fundat electrum. Non desunt præter hos plures, qui de succino differentes in diversas iverint sententias, quas nunc, utpote non probandas, silentio involvam. Unde jure dici potest, succinum apud eos vel cereum, vel figulino luto simile haberi, cum ipsum in tot varias formas ac imagines transmutaverint. Sed ut tandem referam, quod pro comperto habetur: gignitur succinum in insula Septentrionalis oceani, id olim à Germanis Glesum appellabatur: unde à nonnullis, qui erant cum Germanico Casare, ibi classibus rem gerente una insularum ob succini copiam, Glesaria fuit appellata, quæ prius Austravia à barbaris dicebatur. Hic nimirum (ut Plinius inquit) nascitur succinum arboribus pinei generis defluens in terram, ubi postea densatur. Cum verò intumescens æstus fertur in proximæ sylvas, ex iis in se rapiunt fluctus maris, & in Germanorum littora expuunt. Itaq; Cornelius Tacitus rectè scriptum reliquit, Germanos hujus maris accolæ solos omnium succinum habere, & legere. Quod succinum sit arboris ex pinorum genere lachryma, olim Romanis testimonium perhibuit quidam eorum eques, illuc missus ad id comparandum à Fuliano curante gladiatorum munus Neronis principis, qui ea littora peragravit, ipsum vidit, veram ejus originem didicit, & secum ingentem copiam Romam iniecit. Præterea succinum esse pineæ arboris gummi indicio est pinum in attritu odor, & quod accensum cedæ & resinarum modo deslagret. Liqueorem esse copiosè stillantem, tenacem, ac lentum, argumento sunt quedam intus implicita, ut formica, culices, ac etiam lacertæ, festucae, ac paleæ, quæ transparentia inspicuntur. Cum enim hæc animalia, & alia stramenta humoris lentore faciliè implicentur, durecente deinde materia, veluti carcere includuntur. Hæc partim ex Plinio, partim verò ex aliorum scriptis decerpimus. Atqui ego potius credam unà cum Georgio Agricola, succinum non aliud esse, quam bituminis genus, quod à quibusdam scopulorum crepidinibus erumpens in mare defluit, ubi aquarum falsedine durecit. Ita enim affirmant Borussæ medicæ materia baud ignari, ad quorum tantum littora maris fluctibus ducitur succinum. Nam, quod nigerrimum est, ex quo etiamnum globuli ad angelicas numerandas salutationes conspiciuntur, aliquid cognationis cum pissaspalto habere videtur. Succinum incoctum adipe lactentis suis expolitur, & redditur translucidum, quemadmodum tradit Archelaus, qui rubeum corticibus arboris, ex qua defluit, inherens, se vidisse affirmat. Caterum, quantum video, plures de succino veteres narraverunt fabulas. Atqui, compertum est, quod sicuti magnes ferrum respuit, si adsit adamas, vel si alio affricetur: ita nec succinum ad paleas allicit, quæ sint oleo perfusa. Verum eorum opinio vana est, qui succinum tradiderunt peculiari dote ocimum respuere: nam ipse sæpe ac sapius hujus rei periculum feci, & semper succinum ad se ocimum trahere comperi. Officinae communi nomine succinum vocant Karabe Mauritanos secuta: licet Brasavolus Ferrariensis in suo de simplicium examine deceptus existimaverit, Arabum Karabe succinum esse nequaquam, sed verum populi albæ gummi, Serapionis, & Avicennæ testimonio: et si eorum neuter, sicut nec Dioscorides, quem illi sequuntur, id quidem pro comperto asseveraverit. Namq; Serapio (ut in omnibus adsolet) quicquid de Karabe notavit, verbatenus ex Dioscoride deprompsit, sic inquit. Et dicitur, quod gummi Haurromi, quod nascitur juxta fluvium, qui dicitur Eridanus quando distillat in flumine illo, coagulatur ibi, & est illud, quod dicitur Alipton, id est electrum, & sunt qui nominant ipsum Arsopodon, & est Karabe. Eadem sententia elicitur ex Avicenna, quippe qui capite de Haur, itemq; capite de Karabe, non asserat eam esse populorum gummi, sed quod ita perhibetur. Nec alia ratione duobus capitibus de Karabe differunt, nisi ut ostenderet, Karabe per se à populorum gummi differre. Præterea comprobatur id esse Karabe apud Mauritanos, quod electrum apud Græcos, nominis significatum: quandoquidem Karabe lingua Persica, Avicennæ auctore, non aliud designat, quam rapiens paleas, quod sensu comprehenditur proprium esse succini, aut electri, non autem populorum gummi. Insuper adstringentes pastillos, quos Galenus libr. 7. de compositione medicamentorum secundum locos, Paulus sui voluminis etiam septimo, & Actuarius in suo de compositione medicamentorum, electri trochiscos vocant, Arabes de Karabe appellant, eosdem à Galeno, & Paulo assumentes: quo fit, ut hæc in re manifeste aberrasse Brasavolus deprehendatur. Itaq; dicendum esse putaverim, electrum idem esse apud Græcos, quod succinum apud Latinos, & Karabe apud Arabes. Neq; etiam illud ideo populorum gummi esse crediderim, ut Brasavolus asseverat, quod Paulus quoque dixerit: Electrum populi albæ lachrymam dicunt, quæ juxta Eridanum amnem destillat, & in spissitudinem coit, aureo colore: nam his verbis non probat electrum esse albæ populi gummi, sed id tantum refert ex aliorum opinione, quemadmodum fecit Dioscorides, quem secutus est Paulus. Ex his igitur satis patere arbitror, falsum esse, quod idem sint electrum, gummi populi, & Karabe: quoniam potius clarum, succinum, & gummi populneum esse inter se diversa. Credidit Demofstratus fieri succinum ex lyncis urina (quemadmodum credidere pharmacopola, & vulgus medicorum ex eadem fieri lapillos, quos lyncis appellant) succinum asserens quod flavescit, fieri ex urina maris, album verò ex urina fæmina. Quibus refragatur Plinius: quandoquidem ipse manifestè dicat, hoc esse falsum. Quod cum & Dioctes, & Theophrastus credidissent (non autem Dioscorides, ut ei falso Brasavolus imponit de lapidibus lyncis agens) eos ejusdem criminis Plinius accusat. Quod autem Dioctes, & non Dioscorides (ut Brasavolus putat) hujus erroris accusetur, ostendit ipse Dioscorides libr. 2. cap. de urina, ubi in eandem Plinii sententiam veniens, hæc verba protulit: Lyncis urinam, quam lyncurium appellant, simul ac excernitur, glaciari, coireve in calculi duritiam, vulgo creditum est, quare quod de ea proditum est, vanum esse convincitur. Est enim quod à nonnullis vocatur succinum pterygophoron, ideo dictum, quod penas ad se allicit. At cum Brasavolus minus fortasse accurate Dioscoridis verba legendo percurrisset, dixit de Karabe agens, sensisse Dioscoridem electrum esse lapillū, in quem lyncis urina concrevit. Quod tamen falsum esse facile constat ex prædictis Dioscoridis verbis. Caterum cum non desint etiam poëtæ, qui Phætonidas non in populos, sed in alnos mutatas fabulantur, Alni quoq; historiam, & vires præcedentibus adnectere non ab re fore existimavimus. Est itaq; ALNUS (ut Theophrastus est auctor libr. 3. cap. 14. de plantarum historia) sterilis & unigena natura caudice recto: ligno, medullaq; molli adeo ut graciliores virgæ totæ concaveantur: folio pyri, sed ampliore, nervosioreq;: cortice scabro, rufoque, intus, quæ de causa coria tingit: radice summa, nec majore quam laurus: nascitur in aquis, alio nullo pacto: hæc Theophrastus. Qui tamen eodem libr. cap. 15. non utiq; pyri folio alnum virescere tradidit, sed ponticæ nucis. Nec eandem prodidit esse sterilem libr. eodem cap. 6. cum inquit, Terebinthus circa tritici messem, aut paulo serius semen reddit: fraxinus atq; acer æstate: alnus,

Succinū
lachryma
arboris
Pinorū.Formicæ,
culices in
succino.Succinū
bituminis
genus
Agricolæ.Succinū
rubeum.Brasavoli
opinio
reprobata,
qui
Karabe
negat esse
Succinum.Avicennæ
nā de Karabe,
Karabe, l.
rapiens
paleas.Demofstrato
ex
lyncis
urina
succinum
fit.Brasavoli
lapillus.Alni
historia
ex
Theoph.



- Alni de-**
script. alnus, nux juglans, pyrorumq, sylvestrium genus quoddam autumnno. Quo fit, ut alterum omnino suspicandum videatur, aut sibi ipsi Theophrastum repugnare, aut ejus codicem his locis mendu scatere. Alnus in Italia nascens, folio est coryli cras-
sore nervosioreq, cortice scabro, materie molli, rubente, in aquis fere semper proveniens, secus flumina, & uliginosa tra-
ctu. Hetrusci vulgo appellant Onio: alii vero in Italia Auno. Italice fructum fert viridem, oblongum, moris forma similem,
squamis quam plurimis in se compactis. Maturescit autumnno, minuto intus semine, colore in nigrum fulvo. Exsiccat mani-
feste, sed in frigiditate & caliditate parum à mediis abest. Praefertur lignum & pali ex alno parati ad aedificiorum funda-
menta, quae in fluminibus, lacubus, paludibusq, sunt, quod in aqua nunquam putrescat. Ob id enim expetitur maxime Ve-
netis ad jacienda palatiorum, ad iung, fundamenta, quod crebro fixa non modo ad aeternitatem permaneat immortalis, 40
sed quod ingentes admodum ferat moles. Folia resolvunt, restringunt, delassatosq, recreant. Recentia folia tumores im-
pota dissolvunt, & inflammationes restringunt: eadem nudis pedum plantis supposita viatoribus itinere defatigatis le-
vamentum praestant. Quin & rore matutino madentia cubili ad necandos pulices per aeternitatem utiliter sparguntur. Praestat
cortex, quod magis adstringat, galle vice tingendis coriis atro colore. Sunt etiam, qui in & fructu viridi utantur. gallarum
vice ad scriptorium atramentum conficiendum, additis gummi, & chalcantio. Sed nec BETULA omittenda videtur: quae
cum cortice albo sit alba populo ad similes, nunc nobis sese offert describenda. Hae Theophr. folio est carya sic Graeci vocata
(quid autem sit carya compertu haecenus non habeo) praeterquam quod paulo angustiori, cortice autem versicolore, & ma-
terie laevi non nisi ad baculos utili. Plin. lib. 16. c. 18. Betula arbor est Gallica, mirabili candore atq, tenuitate: terribilis ma-
gistratum virgis: eadem circuli flexilis: item corbium sportis. Bitumen ex ea Gallia excoquunt: haecenus Plinius. Betula
in Tridentino agro frequentissima provenit, materie adeo tenacilentaq, ut ad vasa vinaria cingenda circuli ex ea parati
omnium praestantissimi habeantur. Ananii è suis Betulis non modo optimos conficiunt carbones, ad coquenda liquandaq, 50
metalla, sed è delibrato contortoq, cortice, faces ad nocturna lumina parant, quae quod bituminosa pinguitudine redun-
dent, sed à modo conflagrant, & resinosum quoddam picis colore reddunt. Nec fortasse alia de causa Betula dicitur, nisi quod bi-
tumine scateat. Hae Tridentini corrupta voce vulgo appellant Bedollo. Gaudet frigido tractu ac nivoso, & ideo in Bohemia
frequentissima: folio est nigra populi hand absimili, sed parte prona asperiori, viridiori, per ambitum serrato. Sterili hac
nec fructum ferens, quanquam julos, ut Corylus edit, cortex illi albus membranofusq, bituminosus & pinguis. Materies ca-
rida flexilis ac tenax. Huius caudex terebro perforatus ingentem aquae clarissimae copiam reddit. potu non ingrato, cui vim
maxima inesse quidam asserunt ad cominuendos tam renem, quam vesica calculos, si diutius bibatur. Eadem maculas in cute
delet, nitoremq, conciliat: oris ulcera sanat collutione ex ea facta. Foliorum succus coagulo admixtus, caseos à carie, & vermi-
bus vindicat. Folia excalfaciunt & siccant, resolvunt, attenuant, abstergunt, aperiunt, & amara sunt. Cortex vero quod bi-
tuminosus sit, excalfacit & emollit. Sed jam ad Populos, & ad Succinū nostra revertatur oratio, in quibus medicina nobis 60
reddenda ratio est, ut in omnibus fere facere consuevimus. Nigra populi prima erumpentia germina odorata sunt & gluti-
nosa: expetuntur ad capillorum nitorem conciliandū à mulieribus. Contundunt enim ea cū recenti butyro, & deinde aliquot
diebus insolata, a butyro percolant, quo postea capillos inungunt, abluto prius capite. Libycæ autē populi folia, ad ea omnia
praestant ad quae nigra populi valere diximus, sed longè inefficaciora creduntur. Primum igitur de viribus Populi nigra dis-
seruit Galen. lib. 6. simpl. med. ubi sic inquit. Populi nigra flores calidi facultate quidem sunt in primo recessu à temperatis:
sed in differentia, quae habetur in sicando & humectando, paulū à temperatis & mediū ad siccius deflexerunt: verū &
subtiliorū potius quam crasiorū sunt partium. Et folia quidem ipsius quodammodo floribus similia sunt, nisi quod ad omnia
imbecilliora, minusq, efficacia. Sed & resina ejus floribus similem facultatem obtinet, atq, etiam calidiorē. Porro semen
tam resina, tum floribus & subtiliorum est partium, & exiccantius: non tamen est admodum calidum. Deinde lib. 7. eorun-
dem

dem simplicium, idem Galenus Populi albi vires describit his verbis: Populus alba arbor mista quodammodo temperatura est, ex aqua tepida, & terrena extenuata essentia, quamobrem & abstergentis facultatis est particeps: haecenus Galenus de utriusque Populi facultatibus. Atqui prater ea quae à Galeno de Populi facultatibus scripta sunt, sciant hoc velim rei medicæ studiosi, populum albam humotenus sectam ad radicem usque, & aqua calida, in qua fermentum fuerit dissolutum, per fusam, infra quatrimum fungos copiosos edere, esui quoque gratissimos. Caterum non invenio Galen. Succini meminisse in simpl. med. censu, qui tamen l. 7. c. 4. de comp. med. secundum locos pastillum ex succino confectum ab Aesclepiade transcripsit, quem quidem is hemoptoicis, longo tempore tussientibus, & recentibus phthisicis, purulentæ & pectore difficulter ejicientibus, suppuratis, coeliacis, dysentericis, & inflatis conferre tradidit. Atqui referunt Prutbeni in quorum littora fluctus maris succini plurimum expuunt, ejus genus quoddam reperiri quod planè crystallum repræsentat, quod album succinum vocatur. Huic vim mirabilem inesse testantur, quod scilicet, fœmina deprehendatur an virgo sit & incorrupta necne. Nam si ex vino jejuna exhibeatur, efficere ajunt, ut corrupta & vitiosa protinus urinam reddere cogatur: id quod virgini evenire negant. Datur succinum magno auxilio tritum duorum cochleariorum mensura, coli dolore affectu, diebus tribus continuè ante cibum ex tepenti aqua potandum. Idem, & præcipue album, ex aqua frigida potum, sitim illico sedat, & sudorè valentissimè provocat. Sufficit prunis impositum utilissimè ad anginas, sumo per insundibulum hausto, est enim præstantissimum auxilium. Arbor alba Græcis dicta, Latinis Populus alba vocatur: Arabibus, Haur: Italis, Popolo bianco: Germanis, Bellen/Pop. Nomina. peibaum / & Sarbaum: Hispanis, Alamo blanco: Gallis, Penplier. Quæ verò Ἀγία Græco nomine, Latino, Populus nigra vocatur: Mauritano, Haurromi: Italicis, Popolo nero: Germanico, Aspen aut Poppelweiden: Hispanico, Alamo nigro: Gallico Tremble, & Penplier. Bohemicè, Topel. Populus Lybica sive alpina, Græci, νερύς: Italis Popolo montano. Quod Græcè ἄλυστρον ἢ χερσόπορον, Latine Elestrum seu Succinū dicitur: Arabice Karabe sive Kakabre: Italicè, Succino, & Ambra gialla: Germanicè, Agstein aut Doernstein: Hispanicè, Escalarimente. aut Ambar: Gallice, Ambre, Alnus verò Græcis dicitur ἄλυστρον: Italis, Alno, Onio, Oniζο & Anno: Gallis, Aulne: Germanis, Erlenbaum: Bohemis, vuošc: Polonis, Olsa. Betula autem Græcis βουξία dicitur: Italis, Betula: Tridentinis, Bedollo: Germanis, Birken: Bohemis, Brika: Gallis, Bouleare.

Populus alba & nigra Dioscoridi, ob corticis & foliorum colorem sic distincta: quibus Theophrastus & Plinius tertiā addunt, & recentiores Americā. I. ἄλυστρον ab albedine foliorum quæ est averfa parte: & ex quo Homero Iliade 7. quod Hercules devicto Cerbero, populū arborē ex Acherōre secum detulit, frondibus populneis coronatus: ad cujus exemplum certatores victores postmodum coronabantur. Farfatus Plauto, Populus alba Plinio & recentioribus, scriptoribus, excepto Trago, cui Populus alba secunda dicitur. Quædā sterilis est, ut non floreat: quædā julos salignis similes fert, quos uvas lanosas aliqui appellant. Est autē duplex, alia majoribus, alia minoribus foliis, quare rectè in Lobelii Iconibus duæ proponuntur figure. II. Populus nigra, ἄγρια veteribus Græcis, Plinio Populus nigra, quem sequuntur Herbarii, excepto Trago, qui populū vulgare & albam primā nominat. Hujus folia antecedunt germina, quæ oculi vulgo dicuntur, aliis Gemæ populi, Dioscorides videtur pilulas vocasse: ex quibus unguentū populneū (non ex albæ germinibus, ut aliqui volunt) officinæ ex Nicolao Myrepsio conficiunt, quæ colliguntur, quando julos producit. Quædā ante exortum foliorum floret, at fructum non fert, flos inftar amenti, colore rubente aut candicante: quædā fructū fert, seu julos, racematim compactos, multis rotundis & viridibus granis constantes (uva populi aliquibus) in quib. lanugo candida, in pappos avolans, cui pauca semina valde minuta adpensa sunt: Plinius Bryon seu Muscū esse vult. Fundit etiam resinā hæc populus: ferunt & populi folia guttam, ex qua apes Propolim faciunt. III. Populus Lybica, quæ νερύς Theophrasto, Gaza alpinam, alii Lybicam vertunt, sic Plinio Lybica, quod nomen reservarunt ex recentioribus.

40 V. ALNUS HIRSUTA.



Dod. Cast. Lob. Thal. Lugd. & Taber. Populus nigra, Trago & Loni. Populi tertia species, Cord. in Diosc. Populo nigrae similis in alpinis, Cæs. Tremula latinis, quod semper ferè folia tremant. Hujus juli cæteris longiores, coloris ex cinereo fusci. Est & Populus America, de qua Adversaria & Lobelus, nomine populi novi orbis & populi Americae Lugd. & Taber. de hac in nostra historia.

IV. Alnus, quod amne alatur, ἄλυστρον Theophrasto: A. Alnus, medianus Crescentio: Herbariis Alnus: julos longos, Betulis similes, fusci coloris pro flore emittit, qui non decidunt ut in Fago, sed coguntur in formam olivarum, hic fructus Alni est durus, viridis ex plurimis squamis compactus, in quibus semen colore in nigrum fusco, licet Plinius neque fructum neque semen Alnum ferre, & Theophrastus sterilem dixerit, fortè Aristotelis mori sententia, qui inter naturæ miracula retulit, quod Alni in sola Creta non sint steriles: ast notare convenit, Theophrastum aliquando steriles vocare eas quæ fructum non conspicuum, aut inutilem ferunt. Genera duo apud nos habentur, glabra & hirsuta. Glabra alia & glutinosa, quæ foliorum forma variat, altera folio rotundo, altera folio oblongo, prior ea est, quæ ab Herbariis descripta, quam Alnum rotundifoliam glutinosam appellamus, ex cujus ligno pali in aqua, ædificiorum fundamentis subacti lapidescunt. Altera Alnus est folio oblongo, quam locis aquosis inter Mutetam & Münchensteinum Basiliensis ditionis observavimus.

Quæ verò hirsuta est, arbor est minor vulgari alno foliis longioribus, acuminatioribus & majoribus per ambitum incisuris, subnigris: quæ supernè glutinosa non sunt, sed mollia ob exiguum, vixque conspicuam lanuginem, quæ

M

aversa

Betula.

aversa parte copiosior, cujus nomine subcinereus eorum color, qua etiam pediculi vestiuntur, julos ob-
tinet vulgari breviores, qui conglobati fructum non ita rotundum, sed oblongum constituunt. Reperi-
tur apud nos infra pagum Hünningen ad Rhenum. VI. Betula *αμύρδα* Theophrasto, Berulla Plinio,
Betula Trago (qui papiri speciem veterum censet) Dod. Lon. Lob. Cast. Lugd. Thal. Tab. populo albæ
similis in Alpibus, Cæsalp. Hæc suis julis vere floret, in quibus semen continetur: duplici cortice est,
quorum interior tenuis, candidus chartæ instar, cui veteres, ante repositum usum chartæ, opera sua in-
scribebant.

Macer.

MACER.

CAP. XCIV.

10

MAcer ex Barbaria advehitur, cortex flavescens, crassus, gustu perquam adstringens. Qui contra
cruentas excreationes, dysenterias, & alvi fluxiones bibitur.

Maceris
& Macis
discrimē.

Nunquid officinarum Macis, quo myrsica nuces pretextus instar conteguntur, Dioscoridis sit Macer, non modo dubi-
tandum est, sed etiam credendum (ut ego arbitror) magnam inter utrumque esse differentiam. Cum enim Dioscorides
dicat, Macer qui ex Barbaria advehitur, est cortex crassus, flavescens, & gustu perquam adstringens: manifeste declarat,
Macerem non esse officinarum macim, quod hoc tenue sit, gustu fervens, acre, perquam odoratum, amarum scilicet. Adde
quod dixerit Plinius lib. 12. cap. 8. Macis ex India advehitur, cortex rubens, radice magna, nomine arboris sua: qualis sit
ea, incertum habeo. Hanc etiam differentiam non ignoravit Serapio: nam postquam tradidisset ex auctoritate
Isach, macim esse nucis odoratae operimentum, dixit secus esse, de quo loquebatur Dioscorides: quippe quod scriptum reli-
querit, Macerem esse ligni corticem, sive corium. Quod cum compertum haberet Avicenna, de utroque, seorsum tractavit,
& Macim odoratæ nucis involucrium ad caput 436. relegavit: Macerem verò radicis corticem capite 694. sub titulo Tha-
lisfar descripsit. Præterea maximo est argumento, quod Macis & Macer utique inter se differant, quod Dioscorides, Gale-
nus, & Paulus de odoratis nucibus, quorum Macis est tegumentum, nihil scriptis memoria reliquerint. Quippe si Macer,
qui eis convehebatur, Macis nobis vulgare extitisset, credendum sane est, quod cum illo quoque advectæ essent myrsicae
nucis: quarum illi historiam, & facultatem, cum sint & in viribus, & in odore admirabiles, nequaquam describere præ-
termisissent. De macere Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, hæc scriptis tradidit. Macer cortex est, qui ex India
convehitur, gustu multum acerbo, cum levicula quadam acrimonia odorata, jucundum sane redolens, ut plerumque aromata
sive odorata, qua ex India convehuntur. Videtur itaque, & ipse ex mista constare essentia, plerumque terrena frigida, paucula
verò calida, & tenuium partium. Quamobrem valenter desiccatur, adstringitque: proinde cæliaci, & dysenterici miscetur
facultatibus: in tertio exiccantium consistens ordine, in caloris frigorisque differentia neutrum insigniter efficiens: hæc Ga-
lenus. Ex quibus haud obscure colligi potest, quod Macer longe differat a Maci: namque ipse gustu non reperio hoc esse adeo
acerbum, nec tam leviuscula acrimonia, quin potius si degustetur, linguam, & fauces admodum vellicat: odorem jucun-
dum perfundit, & leviusculum amarorem quadam cum siccitate relinquit. Quod facile ostendit, quod Macis tantum
calidi, quantum sicci conceperit, vel fortasse plus calidi, & quod plerumque ipsius essentia sit tenuium partium. Idcirco erra-
re non crediderim, qui dixerint Macim odoratum excelsa calore, & pariter siccare in fine secundi, vel in principio tertii.
Quamobrem id Macer esse non potest, cum dicat Galenus constare macerem essentia plerumque frigida terrestri, paucula verò
calida. Quibus facile concludi potest, quod Macer à Dioscoride & Galeno descriptus, hoc ævo ad nos non advehatur: si-
quidem nullus in officinis reperitur cortex, qui possit maceris historiam explere. Et quamvis Monachi illi, qui in Mesuem
commentarios scripsere, nullam inter macim, & macerem ponendam esse differentiam pro certo affirmant, nulla tamen
auctoritate (quod equidem sciam) aut ratione nituntur. Caterum haud ignorandum est nec Galeno, nec Plinio, quod di-
xerint ex India advehi macerem, Dioscoridem repugnare, cum ex Barbaria ipse afferri dixerit: quoniam (ut Ptolomæus
est auctor) quadam in Indo fluvio insula, vel urbs sita est, qua Barbaria dicitur, ex qua facile comportabatur macer: vel
quod afferatur ex Arabia eo maris sinu, qui à Barbaria insula Barbaricus appellatur. Quandoquidem (ut inquit Strabo)
omnia, que in India proveniunt, ea scilicet parte, que ad austrum vergit, similiter in Arabia nascuntur. Magnæ ut Græ-
cis, ita Latinis Macer, atque etiam Machir appellatur: Arabibus, Thalifar: Italis, Macero. Quod Arabibus Bubeise, re-
centioribus Græcis Mæus quemadmodum & Latinis, & Italis Macis nominatur: Germanis, Muscharen Blumen: His-
panis, Macias, & Macas.

Maceris
faculta-
tes ex
Gal.Mona-
chorum
opinio
falsa.

Nomina.

Macer &
Macis
differunt.

Macer Græcorum veterum, ut & Plinii non est id, quod Macis officina vocant, sed cortex radicis ar-
boris Maceris, ut monet Plinius: à Costa, arborem Ulmo majorem in provincia Malabar provenientem,
cujus arboris cortex in usu sit, descripsit & iconem adiecit: ex quo Lugdunensis historia in appendice,
quæ loca lector consulat, cum alibi hac de re acturi simus. Macis verò, quod recentioribus Græcis *μακίς*,
nucis moscatae medium operimentum est, Græcis veteribus incognitum: Avicennæ ut & Serapioni no-
tum utrumque, illud nomine Talifar: hoc nucis moscatae involucrio.

πτελίς.

ULMUS.

CAP. XCV.

μακρίμο-
νος.b μάκρον
ο φλοιός
habet e-
xempl. &
ita Cata-
cuz. Sed
rectius
veruisse
videtur
Ruellius.

ULmi & folia, & cortex, & a rami vim habent spissandi. Folia trita ex aceto ad lepras efficaciter illi-
nuntur: vulnera glutinant, sed multo magis corticis tilia, si fasciæ loco intorqueatur: nam in lori
morem flecti potest. Crassior cortex in vino, aut aqua frigida unciatim potus, pituitas trahit: fracta ossa
celerius solidescent, si decocto foliorum, corticis, aut radicis foveantur. Humor in folliculis enascens
prima germinis eruptione, cuti illitus nitorem inducit, faciemque splendidiorē præstat: qui dum siccatur,
in animalia abit, quæ culicum formam gerunt. Folia cum tenerescunt cocta, olerum more ad obso-
nia usurpantur.

Tametsi Ulmus notissima omnibus ferè sit arbor, non tamen ob hoc ejus historiam silentio involvendam putavi-
mus. Ulmi itaque duo sunt genera. Altera montana, altera campestris. Fruticosior hæc, illa verò auctorior. Folium habet
indivisum, leviter circumscissum oblongumque, crispum, scabrumque. Folliculos profert multos, non parvos, subrotundos,
ac crispis

I. ULMUS.

II. CARPINUS.

III. CARPINI & ULMI
flores.

ac crispis humani scroci effigie, in quibus liquor concluditur len-
tus ac clarus, una cum culicibus compluribus, ut in Terebinthi &
lentisci corniculis. Ligni materies nervosa, tenax robustaq; de-
formis tamen: Montana julos filiquas profert, & deinde semine, quod
samaras vocant. Cortex illi superius asper, crustosusq; & ina-
qualis: sed interior, qui lignum ambit, contrario modo se habet, si-
quidem lentus, & lori modo flexilis habetur. Ideoq; Ulmus dice-
bat Theophrastus lib. 3. cap. 14. de plantarum historia) duobus di-
stinguitur generibus: cujus altera montana, quam Graeci *επειρε-
λαια* vocant: altera campestris, ulmus proprie vocata: fruticosior
haec, illa vero auctior: folium individuum, leviter circumferra-
tum, oblongius quam pyro, scabrum, non leve. Praestat haec arbor
& amplitudine, & celsitudine, non crebra circa Idam, sed rara,
irriguis amica: materies flava, robusta, nervosa, deformis, ut
qua tota cor sit. Utuntur ea ad fores lautiores: viridis facile ca-
editur, sicca difficile: sterili deniq; puratur: sed gummi in petio-
lis gignit, & animalia quadam culicibus, cacheres peculiares gerit
autumno multas, minutas, nigras: ceteris vero temporibus quid
ferat, minus animadvertum est: haec Theophr. Plinius vero
quatuor ulmi genera statuit lib. 16. c. 17. his verbis. Inter has, atq;
frugiferas, materie vitiumq; amicitia accipitur ulmus. Graeci duo
ejus genera novere, montosam, quae sit amplior: campestram,
qua fruticosa: Italia attineas vocat, excelsissimas: & ex iis sicca-
nas illis praefert, quae non sunt riguae: alterum genus Gallicas: ter-
tium nostrates, densiore folio, & ab eodem pediculo numerosio-
re: quartum sylvestre. Attineae non ferunt samaras, ita vocatur
ulmi semen, omnesq; e radicibus plantis proveniunt, reliqua vero
semine: haec Plinius, qui tamen una cum Theophr. errasse depre-
henditur, quod hic ulmum cujusvis generis sterilem esse scripserit,
ille autem quod attineam sic Italia appellatam, semen nullum

Theoph.
de ulmo.Plinio
Ulm
quatuor
genera.Theoph.
& Plini
error.

ferre prodiderit. Quandoquidem Theophr. prater id, quod experientia nobis compertum est, repugnat Plinii auctoritas:
quippe qui ulmos omnes prater attineam, semine provenire scribit. Plinio deinde, qui attineam semen ferre negat, refraga-
tur Columella lib. 5. cap. 6. cum inquit: Ulmorum duo esse genera convenit, Gallicum, & vernaculum: illud attinia, hoc
nostras dicitur. Attiniam ulmum Tremellius Scrofa non ferre samaras (quod est semen ejus arboris) falso est opinatus. Nam
rariorem sine dubio creat, & idcirco plerumq; & sterilis videtur, seminibus inter frondē, quam primā germinatione edit, la-
tentibus. Itaq; nemo jam scribit ex samara sed ex sobolibus. Est autem ulmus longē latior, & procerior, quam nostras frondemq;
jucundiorē bubus praebeat. Ulmo solius ferē ad similes planta est, quam Itali passim CARPINUM vocant, omnibus notissima

Colu-
mella
duo ge-
nera.Carpini
confide-
ratio, &
crescit hystoria.

crefcit hac paffim omnibus ferè in fylvis inter quercus, & ceteras fylveftres arbores foliis (ut diximus) Ulmo proximè, fed tenuioribus. Caudice affurgit procero, cortice fubalbicante, modice fcabro. Ramos fundit copiofos, robuftos, in latitudinem fepe diffundentes, foliofos umbratilesq;. Ex his per æftatem petioli quidam pendent, in quibus triquetra quadam folia, fubpallida, & craffa, folliculari fpecie, circumquaq; racematim dependent, quorum medius apex ceteros longitudine fuperat: & inter hos parvè quadam capitula exeunt, ciceris magnitudine, aut paulò majora, in quibus fermen concluditur: radicibus nititur firmis, craffiq; ligni materies alba, folida, tenaxq;, è qua jugaboum villici in Italia parant. Qualitates atq; vires, nemo eft (quod fcriberim viderimq;) qui defcribat. Ceterum an hac Carpinus fit legitima, de qua Theophr. & Plinius fcripferunt, non parum mihi dubitandum relinquitur: Siquidem utriq; fcribit, quam Plinius Carpinum interpreta-
 tur, Aceris genus eft, à qua (ni fallor) noftra Carpinus omnibus ferè difidet notu: fit tamen arbor, quam paffim Acerem ap-
 pellant, legitima fuerit Acer, de qua videm fcripferunt aut hores, cum enim illorū neuter Acerem (quod viderim legerimq;) de-
 fcripferit, quem admodū nec Carpinum, non habeo fanè quid de eorum Acere affirmare queam. Præterea Theophrasto Car-
 pino materia eft flava, criffa, cortex verò paulo fcabrior, quam Tilia, craffius, & fpiffior quam Picea, & flexui contuma-
 cior. Atqui noftra carpinus alba conftat materie, minimè criffa, cortice Tilia haud fcabriore, Picea tenuiore, & qui detra-
 ctus facillè inflectatur. Corticis tamen colore non differunt, cum in utraq; cinereum habeatur, aut fubalbicans. Ad hac Theo-
 phrafto Carpinus rara inventu eft, & riguis tractibus gaudet. Nofta verò contra fylvis ferè omnibus, montibusq; communis,
 & numeroſa habetur, & raro humectis reperitur locus: verum in hoc tantum convenire videntur, quod è noftrate quoq; ju-
 ga parentur. Atq; ita tot aliis repugnantibus notis, affirmaverim ego nunquam, noftratem, & Theophrasti Carpinum,
 eandem eſſe arborem, niſi compareat aliquis, qui hac mihi dubia diſſolvat: dixi ſententiam meam, eſto quoq; aliorum ju-
 dicium, fed hæcenus de Carpino. Ulmi autem facultates hæc ſunt. Folia, & cortex & rami vim habent ſpiſſandi, & vul-
 nera contrahendi. Corticis utiq; interior tilia, lepræ ſedat, & folia ex aceto illita. Corticis denarij pondus potum in hēmi-
 na aqua frigida alvum purgat, pituitaſq;, & aquas privatim trahit. Imponitur & collectionibus lachryma: & vulneribus,
 ambuſtūq; de octo ſovere prodeſt. Humor in folliculis arboris hujus naſcens cuti nitorem inducit, faciemq; gratiorem præ-
 ſtat. Canaliculi foliorum primi vino decocti tumores ſanant, extrahuntq; per ſiſtulas: idem præſtat rila cortice. Multi
 corticem commanducatum vulneribus uſiſſimum putant. Folia trita, aqua aſperſa, pedum tumori. Humor quoq; è me-
 dulla caſtratæ arboris effluens capillum reddit capiti illitus, deſtuentesq; continet. Hæc Plinii verba de ulmi facultatibus
 l. 24 c. 3. Ceterum humor in folliculis ulmi contentus (ut ego experientia compertum habeo) medetur puerorum enterocē-
 lis, ſi ſplenia ſive linteola in eo madefacta ſape inguini parti rupta ſuperimponantur, atq; inibi ſub femorali, quod Italis
 vulgo brachiere appellatur, ſubligentur, & conſtringantur. Idem liquor vitreo vaſe exceptus ſepelitur in terra, aut ſmo
 equino calido, viginti quinq; diebus, ore diligenter obturato, & collocato vaſis fundo ſuper ſalu communis ſtrato: ſit enim
 hoc tempore ut ſex ſubſidat, & liquor clariffimus ſupernatet. Is ad vulnera recentia conglutinanda adeo efficaç eſt, ut
 dictū mirum ſit, quam belle celeriterq; id præſtet, ſi cum ſplenis, aut conſtractis linteolis applicetur. Quin & corticis ra-
 dicum decoctum articulorum duritias emollit, & nervorum convulſiones reſolvit, ſi in ſocum, vel balnei modum adhibea-
 tur: item tumores diſcutit, quos jugi attritus in collo boum excitavit. Interiores Ulmi radices ſi diu decoquantur, & juri
 ſupernatans pinguedo colligatur, illinaturq; ea ſape locus glaber, à quo pili deſluerunt, brevi repullabunt. Ejuſdem
 cortex contuſus, & muria uſq; adeo ſubaſtus, ut malagmati ſimilis ſit, illitus, podagricos dolores mulcet. Folia Ulmi quæ
 ad orientem ſpectant, impari numero decerpta, & cum piperis granis totidem contrita, & ex vino Cretico pota à jejunis
 purulentas tuſſes mirificè juvant, ut Marcellus eſt aut hor. Ulmi meminit Galenus lib. 8. ſimpl. med. ſic inquit, Ulmi foliis
 quandoq; recens vulnus glutinavimus, conſidentes adſtringentem pariter & abſtergentem inſeſſe illis facultatem. Cor-
 tex amplius etiam ſubamarus eſt, & adſtrictorius: itaq; cum aceto & lepram ſanat. Porro viridis etiamnum ac recens, ſi
 vulneribus vinculi vice circumligetur, ea glutinare poteſt. Radices eandem vim obtinent: nam & decocto earum quidam
 perfundunt fracturas, quætopho, ſive callo inducto opus habent. Hujus arboris nomen Græcum eſt ὕλη: Latinum Ulmus:
 Arabicum, Didar, Diridar, ſeu Luzach: Italicum, Olmo: Germanicum, Ulmen / Ruſſol / Lindbaſt / Yffenholz: Hiſpani-
 cum, Ulmo: Gallicum, Orme: Bohemicum, Gilm. At Carpinus Græci ſύλη vocatur: Italu, Carpino.

Ulmus noſtra vulgaris, Ulmus eſt Dioſcoridis, Ulmi alterū genus Theophrasto, Ulmus vernacula Co-
 lumellæ: Herbarii Ulmum vocant. Quod ſi Ulmus, Aprili aut Majo Menſe pluviis, ſubitoq; calore ſolis
 inſequente inſeſteretur, ipſius folia corrugantur protinus, & veſicæ ſeu folliculi, ſcroti hominis figura ge-
 nerantur, quibus includitur humor, initio lentus, mox ſolis vi in gummi concreſcens, quod Gumi ulmi
 recentioribus ex Theophrasto, quod dum ſiccatur, vermiculi qui cnipes, culices & muliones appellatur,
 evolant. Galenus 2. de cōp. med. ſecundum genera 7. in Emplaſtro Melino quod Ruſtico adſcribitur, re-
 cipit ὕλη & ὀνὸς βολανίας drachmas xvi: ubi interpres vertit, ulmi in ſacculis ex corio reconditi denarium
 pondo: verum intelligendum Humoris Ulmi qui in folliculis continetur, ut, τὸ ὕλη aut quid ſimile intel-
 ligatur: nam apud Paulum habetur ὀνὸς τοῖς βολανίαις ὕλη. Ita ut τὸ βολανίαις apud Galenū & Paulum, idem ſit
 quod ὀνὸς Theophrasto, & ὀνὸς Dioſcoridi, id eſt, folliculus, utriculus, veſicula. De altero Ulmi gene-
 re & ſimilibus, Deo adjuvante, in univerſali noſtra hiſtoria, quam adornamus, verba facturi. II. Fagus
 Sepium C.B. quam Fraxino ſimilem dixit Plinius: alii ad Ulmum, ad Fagum alii referunt: ſunt qui Carpi-
 num Plinii velint, quæ Aceris eſt ſpecies, alii Oſtry ſeu Oſtriam Theophrasti, quam aliquantum repræ-
 ſentat: Dicitur Ornus Trago, Lon. Ulmi tertia ſpecies, Dod. gal. Ulmus atinia, Lugd. Fagus ſepiū, Ulmo
 magis cognata, Gef. hor. Carpinus Dod. obf. Tab. Cam. Carpinus alba, Caſt. Betulus, Lob. icon. Fago
 ſimilis altera, Cæf. Oſtrya Cordi, Thaliō. III. Figura addita Carpini & Ulmi flores & ſemina exprimit.

Σαυρότης ὕλη.

LIGNORUM MARCOR.

CAP. XCVI.

EX caudicibus, lignisque veteribus caries congeritur, quæ farinae modo illita ulcera purgat, & ad ci-
 catricem perducit: ſerpentia cohibet, ſic cum pari aniſo & vino ſubaſta, linteisque impoſita illinatur.

Cariei
lignorum
conſider.

Non ſanè prorsus negligenda eſt lignorum veterum, & contabefactorum caries, cum tanta facultate polleat, ut ulcera
 expurget, ſolidetq;, & eadem ſerpentia ſiſtat: quod ed præſtat efficaçius, ſi ex lignis arborum colligatur, quæ tum ad-
 ſtringendi, tum etiam abſtergendi vim poſſident. Quo ſit, ut ligni Guajaci caries ceteris hac in re facile præſtet: quippe
 quæ

que non modò ulcera, que contumacia non sunt, sanat, sed & qua cacoëthe dicuntur, quæq; Gallica peste contracta sunt: quare pudendorum exedentibus ulceribus inspersa mirificè medetur. Caterum non modò lignorum marcor five caries in Vermiu medicum usum venit, sed & VERMES in cariosis lignorum caudicibus nascentes, si Plinio credimus, qui libro 30. cap. 13. lignorū ulus in de his sic scriptum reliquit. Cosses qui in ligno nascuntur, sanant ulcera omnia: nomas verò combusti, cum pari pondere anisi, & ex oleo illiti. Delicatiores fuisse hos olim & in cibis, idem posteritatis memoria tradidit lib. 17. cap. 24. cum inquit, Vermiculantur magis minusve quadam, omnes tamen ferè, idq; aves cavi corticis sono experiuntur. Jam quidem & in hoc luxuria esse cœpit, prægrandesq; roborum delictiore sunt in cibo. cossos vocant: atq; e iam farina saginati, hi quoq; al- Cicadæ tiles sunt. Quapropter mirum non fuerit, si etiam antiquitas cicadas, qua nondum alas deprompserint, in cibis devora- in cibo. verit, Aristotelis testimonio, qui etiam addidit gustantibus esse suavissimas. Sed cur illud admirandum fuerit, si nostru et- 20 jam temporibus vermes, qui cariosis caseis innascentur, magna admodum cum voluptate à compluribus devorentur? Ga- lenus cum & ipse ad arborem, ex qua caries decedit, particularem scopum habuisset, lib. 8. simpl. med. sic de illa scripsit. Caries lignorum, & maxime, qua particeps est adstrictionis simul & absterfionis, velut ulmus, expurgat, impletq; ulcera humida. Σαρκώτης φύλον ita Græcè dicitur, quod Latine Lignorum marcor, five caries: Arabice, Nucharer veasab: Ita- Cariei vires ex Galeno. licè, Tartatura de legno: Germanicè, Wurm-meel: Hispanicè, Carcoma.

Vermes vetustos arborum truncos, & intempestivè cæsa, atque ædificiis nimia vetustate corrupta li- gna arrodunt, ita ut è foraminibus pulvis farinæ similis, qui caries seu marcor lignorum dicitur, exci- dat. Quæ sanè secundum lignorum diversorum naturam variat. Quandoquidem verò caries lignorum maxime adstringendi & extergendi vi præditi sunt, ut est ulmus, humentia ulcera exsiccant & replet, 20 ideo ulmi historiarum, arborum cariem subiungit.

Κάλαμος.


ARUNDO.

CAP. XCVII.

IN Arundinum genere quædam nastos, id est, farctior vocatur, ex qua sagittæ factitari solent. Alia fœ- mina, qua tibiæ ligulas efficiunt. Alia, quod fistulis addicta sit, syringias: cui multū inest carnis, cre- bris cinctâ geniculis, ad librorū conscriptionem accommodata. Alia crassa, concava, apud omnes nascens: quæ à quibusdam cypria, ab aliis donax appellatur. Alia phragmites, seu vallatoria, a gracilis, candi- a Car. v. πόρπη, i. aliquā. tulum te- 30 & cæteris inflammationibus. Corticis cinere perunctæ cum aceto alopecie sanantur. Paniculæ lanugo, si aures intra verit, exurdat. Eundem effectum implet arundo, quæ cypria dicitur.

I. ARUNDO DOMESTICA.

II. ARUNDO PALUSTRIS.



Arundinum quinque generatantum, veluti notiora hoc in loco à Dioscoride produntur: licet Plinius lib. 16. cap. 36. & Arundi- lib. 24. cap. 11. viginti novem arundinum species descripserit: inter quas (ut superius diximus) odoratam recensuit, fider. & quæ Græcè κάλαμος & αρωματιστός appellatur in India, Syriaq; nascens, odoris jucunditate unguentis accommodata. Quod histor. aperte indicat calaminum odoratum esse inter arundinum genera reponendum, non autem inter radices, ut vulgus medico- rum, & Brasavolus Ferrariensis censendunt, acori radices pro legitima odorata arundine assumentes. Quæ in Italia fre- quentissima

M 3

Arund. fativæ descrip. quentissima in vinearum Arundinetis, uliginoso præsertim solo, è radicem geniculis feritur ad vitium palos, ad decem cubitorum altitudinem adolefcit, militaris bastæ crassitudine, robusta, ac firma materie, inanis tamen intus, compactus per intervalla geniculis. Cortice vestitur squamoso, & qui facile auferatur, aspero ac subalbicante. Folia illi sunt longa, milij indici emula, sed latiora, ac longiora, aspera ubiq; superficie, & acuta circumferentia: radix illi est alba, dura, tuberosa, contorta q; informis, ac geniculata, ut in Iride, sed longe major, ac robustior. Secantur Arundines quot annis humotenus, se-
Nastor. Et æq; illico vegeterant, crescuntq; anno toto ad priorem altitudinem, crassitudinemq; illa, quæ nastos dicitur, solida, far-
Vallato- Et æq; quamvis gracilis & levis, in communem sagittarum usum a Syris accepta, non oritur, quod sciam, in Italia, nisi na-
ria. scatur (ut tradidit Plinius) in Rheno Epnomensi amne. Illa etiam, quæ thelys, hoc est, semina appellatur, cuius tantum est
usus ad tibiaram ligulas, hætenus mihi incognita est. Namq; nostra tempestate sunt ejusmodi ligulae ex communibus arun-
dinibus, ex ea scilicet specie quam Dioscorides vallatoriam nuncupat, quæ nostri in viridariis, ac hortis in topiariis ex-
truendis utuntur, ac palos vitibus aptissimos efficiunt. Quod autem vallatoria sit hæc nostra communis, mihi aliquando
dubitandi præbuit ausam Dioscorides: quippe qui dicat, eam esse gracilem & candidam, cum tamen communis nostra sit
crassior. Verum cum postea invenerim Theophrastum scribentem l. 4. c. 12. de plantar. histor. crassiorem, firmioremq; illam
arundinem esse, quæ vallatoria nominatur, facile sum ad credendum inductus, hunc Dioscoridis locum esse depravatum:
eoq; magis, quod sepius, palus, & topiariis operibus crassa sunt tenuibus aptiores. Est autem arundo palustris calamo tenui,
geniculato, levibus internodiis, inani ac fragili, foliis longis, asperis: & per ambitum acutis, paniculis in summitate como-
Scrip- tis, tactu molibus, levibusq;. Provenit sponte in paludibus, lacubus, & ceteris stagnantibus aquis Vires sunt illi eadem quæ
ria. & ceteris generibus. Illa verò quæ ad scribendum usurpatur, cui auctoritatem penus derogarunt, plurimis reperitur in
Arundi- locis, estq; omnibus notissima: veluti & ea, quæ Cypria vocatur, in paludibus nascenti, & apud annes. Traditur a pluribus
nis, & fili- rei agrarie auctoribus, tum etiam a Plinio, inter arundinem & filicem herbam intestinum esse odium: proinde arundinem
cis odii: vomeri alligatam filicem in agro destruere, ac enecare prodiderunt. At eo major arundini cum asparago intercedit amici-
cum a- tia: nam si ferantur in arundinetis, inibi mirifice proveniunt. Quidam præterea prodiderunt, arundines in India ad tan-
spargu- tam assurgere molem, ut singula internodia navigiorum vicem præstent per fluvios & lacus: ternos homines capiente alveo.
amicitia. At si plura de arundinum generibus quis audire cupiat, Theophrastum legat, qui longiori sermone earum historiam literis
memoriaq; mandavit. Potest arundinis radix urinæ, & menses ciet: eadem recens tusa scorpionum ictibus utiliter imponitur,
Arundi- Non desunt impostores, qui Arundinum radices combustas pro spodio usurpent. De arundine Galen. lib. 7. simp. med. hæc scri-
nis vites ex Gal. pta reliquit. Calami phragmitis radicem cum bulbis, aculeos & stipites ex alto extrahere quidam scripsere, seu trahendi
quædam vis ei inesset. Nos tamen ejus rei periculum non fecimus: verum quantum gustu liceat conjicere, abstergentem fa-
cultatem possidet non paucam, minimeq; acrem. Ceterum folia ipsa abstergentia sunt facultati. Cortex verò ejus combu-
stus admodum tenuium partium & digerentis facultatis efficitur, adjunctum habens absterforium quiddam, ut exiccet, &
excalcet: tertio quodammodo ordine, plus tamen desiccet, quam excalcet. Vitandum autem est ejus, id quod anthel-
len vocant: nam si in aures incidat, adeo tenaciter adhaerens affigitur, ut avelli non possit, auditumq; vitiat: quamobrem
sepius exsurdant. Arundo sic Latina voce vocatur, ut Græca καλαμῶν: Arabica, Casab: Italica, Canna: Germanica
Nomina. Rohr: Hispanica, Cannas: Gallica, Cannes, sive roseau: Bobemica, Trest. Arundo palustris Græcis καλαμῶν ἰδῆος: Italia,
Cannella, & Cannuccia aquatica.

Arundo καλαμῶν, quæ τὸ καλὸν ἀπὸ τοῦ οὐδὲν ἐτυμολογικῶς dicitur, quæ odorata, (de qua superius) & inodora, cujus genera quinque agnovit Diosc. at Theoph. 4. hist. 12. duo summa constituit genera, τὸν ἀνδρομήν τε καὶ τὸν ἰσχυρὸν, inde in plures species subdivisit. Plin. etiam l. 16. c. 36. plures differentias agnoverit, attamen l. 24. c. 11. viginti novem genera se demonstrasse expressè monet: in phytopinace nostro duodecim Arundi-
nis genera recensuimus, sed de
commentatoris arundinibus.

III. Arundo scriptoria.

I. Papyrus Nilotica.



I. Arundo fativa, quæ Donax Dioscoridi C.B. Arundo Cypria & sexta, Dod. gal. Arundo magna, Gef. hor. Arundo donax fativa sive Cypria, Lob. Arundo domestica, Cast. Lugd. Tab. Calamus sive harundo crassa, Cæf. Arundo Italica major, Cam. II. Arundo vulgaris quæ phragmites Diosc. C.B. Arundo, Trag. Gef. Lon. Harundo vallatoria, Dod. gal. Lugd. (qui figuram habet Dodonæi & alteram Matthioli) Thal. Harundo phragmites, Dod. Arundo palustris & Canna sepiaria, Tab. Calamus vallatoria, Lob. Calamus sive arundo alia gracilis, Cæf. III. Arundo scriptoria 60
egyptiæ Diosc. C. B. Syringias fistularia, arundo tertia, Dod. gal. Fistula vel syringa. Lobel. Canna fistularis, Tab.

PAPYRUS.
CAP. XCVIII.

PAPYRUS, quæ chartæ sunt, nullis non cognita, præcipuè in medicina utilitatis ad laxandas

laxandas fistulas: madefacta lino involvitur, usq; dū inaruerit: cōstricta enim atq; inmissa in hiatū humore cōpletur, & intumescendo fistulas aperit. Habet nescio quid alimenti radix: itaq; Aegyptii eā mandūt, succū tantū devorantes, & mansam expuunt. Ipsi radicibus pro ligno utuntur. Crematē papyri cinis depascentia ulcera cū omnium partium, tū oris maximē, cohibet: verū melius id cōbusta charta præstat.

Qualis Papyrus sit, Italia nescit: siquidem (ut Theophrastus est auctor lib. 3. cap. 9. de plantarum historia, & Plinius lib. 13. cap. 11.) Papyrus in Italia non nascitur, sed in Aegypto quibusdam in locis tantum prope Nilum fluvium, quiescentibus Nili aquis, ubi hæc evagatæ stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum: brachiali obliqua radice crassitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem fastigiatum, thysi modo eacumen includens: semine nullo, aut usu ejus alio quam floris ad deos coronandos. Radicibus incolæ pro ligno utuntur, nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoq; utensilia vasorum. Ex ipso quidem papyro navigia texunt: & e libro vela, tegetesq; necnon & vestem etiam stragulam, ac funem. Mandunt quoq; crudum decoctumq; succum tantum devorantes. Nascitur & in Syria, circa quem odoratus ille calamus lacum. Nuper & in Euphrate nascens circa Babylonem Papyrus intellectum est eundem usum habere, quem chartæ: & tamen adhuc malunt Parthi literas vestibus intexere. Præparantur ex eo chartæ divise acu in pratenuēs, sed quàm latissimas phyluras. Hæc Plinius: qui deinde sequenti capite fusius docuit Papyri conficiendirationem, his verbis. Post hanc papyrus est, extremumq; ejus scirpo simile, ac ne sumibus quidem nisi in humore utile. Texunturq; omnes tabule madentes Nili aqua. Turbidus liquor vim glutini præbet, cū primo supina tabula scheda adlinitur longitudine papyri, quæ potuit esse, resagminibus utrinq; amputata. Transversa postea crates peragitur: premitur deinde prælu, & siccantur sole plagula, atq; inter se junguntur, proximarum semper bonitatis diminutione ad deteriores. Nunquam plures scapo, quàm vicena, magna in latitudine earum differentia 13. digitorum optimis. Hactenus de papyro Plinius. Videntur & Papyri quoddam esse genus, tenuia laviq; illa folia e juncea quadam planta prodeuntia, quæ ab insulis divi Thomæ, Brasiliæ, & Mederæ, ad nos convehuntur, saccharis ut vocant panibus inde delatis circumvoluta. Quandoquidem fragmentum retinemus à clarissimo medico Luca Ghino Pisfis ad nos missum, nigris rubriq; Arabicis characteribus manu scriptum. Quod clarissimum præbet indicium, earum insularum incolæ tenuissimis his foliis pro papyro passim uti. Veruntamen hoc non esse papyrus, è quo antiquitas suas consecit chartas, certò scimus, quod hoc arte (ut Plinius est auctor) fieret, illud verò tale à natura producat, & proprium sue stirpis sit folium. Antiqui itaq; ex Papyro chartam faciebant, quemadmodum nos ipsam ex contritis linteis conficimus: unde hactenus antiquum retinens nomen, etiamnum Papyrus apud plerosq; dicitur. Credidere nonnulli, veram esse Papyrus arundines illas, quas Indicas vocant, quibus imbecilles principes, atq; hierarchæ, prælati vulgò dicti, ad ægram senectutem fulciendam, roscipione utuntur, materiem auro, vel argento succingentes. Quod tamen asserere non ausim, nec utiq; reprobare, cū hujusce rei certam cognitionem adhuc assequi non potuerim. Papyri meminit Galenus lib. 8. simpl. med. sic inquit. Papyrus ipsa quidem per se in usum medicinale non venit, at macerata, aut usta utilis efficitur. Igitur oxycrato, vinove macerata, recentia ulcera glutinat, maximè in circulum circumposita. Verum hic quidem est, eū materia, quæ medicamina sanantia accipiat: at ubi usta fuerit, medicamen est exiccatorium, velut & charta combusta cinis, nisi quatenus infirmior est, quàm papyri: hæc Galenus. Ceterum animadvertendum est, quod nostri usus charta, quæ ex veteribus conficitur linteis, iisdem non pollet facultatibus, quibus ea commendatur, quàm veteres ex papyro arbore parabant. Quo fit, ut dubium mihi sit, quonam modo parati possit illud Galeni medicamentum, quod de charta combusta dicitur, ulceribus sordidis, & sinuosis utilissimum: itemq; pastillus Faustini à Paulo lib. 7. traditur. *Πάπυρος* & Græcis, Latini pariter Papyrus appellatur: Arabibus, Burdi, seu Berdi: Italis: Papiro.

Papyri
confici-
endi ratio,
ex Theo-
phrast. &
Plinio.

Papyri
confici-
endi ratio,

Papyri
quoddam
genus.

Indica
arundo.

Papyri
vires ex
Galen.

Papyrus
ex Jacca.
Guajaba-
ra.
Copey.

II. ARUNDO maxima.



Papyri iconem ex Lobelo adiecimus, quæ Dioscoridis & Theophrasti esse videtur, & Papyrus Cæsalp. & Alpino dicitur, Papyrus Nilotica, Adu. Lob. & Tab. Papyrus Aegyptia, Lugdu. Quemadmodum apud veteres *πάπυρος* charta ex papyro fiebat, & chartæ papyriq; vox non eadem erat, quæ ad scriptionem utebatur, cujus multa genera Plinius proposuit, sic charta nostra ex attritis linteaminibus parata, eadem tamen est chartæ & papyri vox. At quemadmodum veteres & alii rebus ad scriptionem usi sunt, ut Betulæ Tiliæq; corticibus: sic recentiores varia habent: Sic Carolus Clu. Papyri ex Jacca meminit, liber est arboris tenuissimæ membranæ instar candidus, quo ut Papyro scriptura excipi potest: sic Scaliger exerc. 158. Palmera humilia recenset, & foliorum pro chartis usum scribit: sic Oviedus li. 8. cap. 13. & 14. Guajabara scribit Hispanis in insula Hispaniola papyri usum præbere & atramenti. Idè & Copey in Hispaniola folio duplo majore & crassiore refert, quibus pro chartis lusoriis Hispani utebantur. Nicolaus Costinus in suo itinerrario arboris meminit, cujus folia tenuia longitudinem & latitudinem sex brachiorum æquant, quibus chartæ vice utantur, & folio extenso, tres quatuorve ita operiantur, ut pluvias nō metuant. Tandem Lugd. hist. lib. 18. cap. 86. Tal vocat arborem in provincia Mangi, folio grandi, quod chartæ usum præbeat in tota India, fructu magno Napy simili. II. Meminit Commentator Indicæ arundinis, cujus figuram adiecimus, quàm Arundinem maximam vocamus, Nastos Dioscoridis & Toxicam Theophrasti censemus. Harundo prima Diosc. Dod. Nastos vel farcta, Lob. Nastos tertia, Tabernæmontani,

Myrica.

MYRICA.

CAP. XCIX.

MYrica, seu tamarix, [arbor vulgò cognita] est, cū apud pigras, & stagnantes aquas enascatur, fructum quasi florem ferens, compage muscosum. Aegyptus, Syriaq; alteram gignunt mitiorem, sylvestri cætera similem. Fructum parit gallæ proximum, inæqualiter astringentem gustu: quo convenienter utimur vice gallæ in medicaminibus oculorum, orisq;. Datur cruētē excreationi in potu, & cæliacis,

Orbass-
us non
habet.

M 4

& con-

& contra profluvia foeminarum, regium morbum, & phalangiorum morsus: illitus tumores inhibet. Cortex in eodem usus adhibetur. Decoctum foliorum cum vino potum, lienem absumit: ad dolorem dentium in collutionibus salutare, & mulieribus fluxione vulvae opportunis in deflectionibus: phthiria- si lendibusq; circumfufum prodest. Abundantiam foeminarum sistit impositus arboris cinis. Potioris calices è caudice lienosis moliuntur, quò datus in his potus proficiat.

I. MYRICA.

II. TAMARIX NARBONENSIS.



Myricæ
consider.

Urbana Myrica, quod sciam, nascitur in Italia: quanquam in Aegypto, & Syria gignitur. Quæ verò alicubi reperi-
tur in hortu, & in quibusdam viridariis mitior reddita, non alia est, quam sylvestris, in locos mitiores translata, quæ
folia habet Sabinae bacciferae similia, tenuiora tamen, ac magis virentia. fructum quasi florem ferens compage muscosum.
Cujus rei certo sunt indicio fructus & flores, quos omnino sylvestribus similes profert, non autem gallæ modo ut domestica.
Umbra arboris insigni proceritate sæpe per æstatem Romæ me oblectatum fuisse recordor ad Tyberis ripas, in hortulo quo-
dam hospitalis Sancti spiritus: quæ etsi domestica haberetur ab omnibus, florem tamen & fructum ferebat sylvestri simi-
lem. Hæc in fluminum ripis frequentissima nascitur in Italia. Quare non potui non admirari Dioscoridem, quippe qui dicat
tantum nasci Myricam apud paludes, ac residere aquas, cum oppositum sanè eveniat in Italia. Quod me sæpius adduxit, ut
crediderim, aut Dioscoridi codicem hoc loco depravatum esse, aut in Græcia secus, quàm in Italia myricam proximè stagna
ac paludes oriri. Tamaricis fruticem, qui fructum quasi florem profert compage muscosum ταρανξαρπία βάλανος Nicander
in theriacis celebrat, tanquam divinam, & omnibus modis colendam plantam ad serpentium morsus, hisce Carminibus. 50

Καὶ ποτὶνυρ δάσφω πόντῳ ταρανξαρπία βάλανος,
Μάστιγ' ἐνί σωσίῳ ταρανξαρπία δ' ἐν ἀνόδῳ,
Μαυροδόντι νοσηταὶ & ἰδὲναιρο, καὶ βίαν ἐν δόλῳ.

Myricæ
medici-
nz.

E myrica trunco alvei excavantur (ut Columella scribit) aqua q; replentur, ut subinde postea bibant sues: nam hoc potu à
splenis incremento sanantur, quo morbo æstate maxime torquentur, dum, quæ eorum est pabuli insatiabilis aviditas, ar-
borum fructus consecantur, qui plurimi eo tempore propter ariditatem in terram decidunt. Porro myrica cinerem omnia
ulcera ignis exustione contracta, efficaciter exiccare auctor est Serapio. Folia simul cum tota planta soti frigidas collectio-
nes inhibent, ac reprimunt. Rami concisi, ex aceto illiti lienem attenuant. Datur ramorum cortex ad diuturnas alvi flu-
xiones. Fructus posui datus confert vipereis morsibus. Elephantiasim ex lienis vitio obortam myrica radicem decoctum, &
cum passis uris epotum sanare tradidit Alcanazius Arabs: id quod se vidisse ait in duabus mulieribus, quæ hac labe labora-
rant. Ex quo mihi persuasum est, id non incongruum in Gallica peste fore medicamentum, Guajaco forsitan lino non ab-
simile. Myrica radices, pro odorata casia venditabant impostores, sed postquam fraus à peritis medicæ materiæ viris depre-
hensa est, ejus in officinis usus penitus exolevit. Meminit myrica Galenus lib. vii. simplicium medicamentorum, ubi sic in-
quit. Myrica abstergens est ac incidentis facultatis, absq; perspicua desiccatione: habet verò etiam ad strictionem nonnul-
lam. Has ob qualitates facultatesq; admodum prodest lieni indurato decocta cum aceto, aut vino sive radice, sive foliis, sive
extremis ramulis: sanat porro dentium dolores. Ceterum fructus & cortex non paucam sortita sunt ad strictionem, adde-
ut gallæ omphacitidi proxima sint, nisi quòd acerbitas evidens est in galla. sed myrica fructui temperatura inest inæqualis:
immista enim naturæ ejus multa partium tenuitas, atq; vis abstergendi: quod sanè galla non accidit. Attamen ubi gal-
la sorte ad manum non erit, eo uti liceat ad omnia, ad quæ illa utimur, in suisdem, & cortice. Porro Myrica combustæ cinis
admodum

Myricæ
vires ex
Galeno.

admodum desiccatoria facultatis est, plurimam habens abstergendi facultatem, pauxillam adstringendi. *Mogin* arbor ita Nomina.
Græcè vocata, Latine Myrica, & Tamarix nuncupatur: Arabicè, Tarfa, seu Carfa: Italicè, Tamarigio, Germanicè, Ta-
mariscen, aut Porst: Hispanicè, Tamargueria, & Tamaritz: Gallicè, Tamarisc.

Myrica Dioscoridi, Theophrasto & Galeno: Tamarix Corinthiis Hermolao teste, & quibusdam Tamar-
Amatrix, quæ duum generum, sativa Ægyptia, quæ arbor est: & sylvestris, quæ frutex est lignosus: Hujus cis gene-
duplex genus in Germania, alterū solidiore ligno, medulla exili, & foliis tenuioribus, circa Rhenum: al-
terū ampliore medulla, foliis latiusculis, ligno non usq; adeo solido quæ in Danubii ripis frequens. Rur-
fus differt Narbonensis à Germanica, illa exiguos habet flosculos, non papposos sed rotundos, ex albo pu-
nicantes, & acinulis subsiliantibus à vermiculo intus orto agitato. Hæc verò flores habet tomentosos & De Ægy-
papposos purpureos, qui unā cum semine diffluunt. Narbonensi similis ea quæ in Lio Venetorum insula ptia in hi-
crescit. I. Tamaris. Germanica C.B. Lob. & Lug. Tamaris. Brun. Lon. Tamarix. Dod. Tab. Fuch. cui & Ta- storiano
marix sylv. fœmina. Tamariscus fœmina, Cord. hist. Tamarix humilis, Cord. in Diosc. Myrica, Trag. Lac.
Gef. hort. Myrica humilis, Dod. gal. Myrica altera in Germania, Cam. Myricæ sylvestri secundæ simi-
lis, Clus. Hisp. & Myricæ Pannonicæ similis, Clus. Pan. II. Tamariscus Narbonensis C.B. & Lob. Tama-
rix Narbonensis, Lugd. Tab. Tamarisci sylv. Alpino, Myrica circa Monspelium, Gef. hort. Myrica sylv.
prima, Clus. Hisp. Myrica sive Tamariscus gallica Cam. Myrica, Cæsalp.

E'p'ny

ERICA.

CAP. C.

I. ERICA PRIMA.



ERICA fruticosa arbor, myricæ similis, longè mi-
nor, cujus flore apes reprobum mel efficiunt. Tam
flos, quam coma serpentium ictibus illitu medetur.

ERICA stirps fruticosa Asia, Græciq; fruticibus adscribitur.
Hæc (ut plantarum scriptores asserunt) bis anno floret, quo
fit, ut prima, & ultima habeatur, quæ inter sylvestres stirpes
floreat. Quæ de Erica Dioscorides prodidit, Nicander habet in
theriacis dum Ericam perpetuo viventem apes depasci ait, &
serpentium ictibus adversari commemorat his versibus.

Αἰχμὴν ἀντιπικρῶν ἀφ' ἧται ῥιζῶν ἰσχυρῶν.
Ἦντι μάλιστα τὸν ἀντιπικρῶν ἡλίου ἔργον.

Plinius lib. 24. cap. 9. Ericam describens inquit, Ericen Græci
vocant fruticem non multum a myrice differentem, colore roris
marini, & penè folio. Hanc adversari serpentibus tradunt: hæc
Plinii verba. Verum non ob id facile fuerit affirmare, quam
planta nobis legitimam Ericam præ se ferat, cum tam paucis
notis describatur ab omnibus: tamen si hæc, cujus hic figuram
appinximus, nil aliud quam Ericam designare videatur. Siqui-
dem fruticosa est planta, semicubitalis, colore roris marini, fo-
liis ferè myricæ, cui eam Dioscorides assimilat: vere primo &
autumno florescens, quod hujus fruticis proprium est, si rei her-
baria scriptoribus est adhibenda fides. Adde, quod hujusce flores
autumno maxime depascantur apes, ea fortasse de causa, quod
non modo Erica prima sit, & ultima sylvestrium, quæ floreat,
sed quod etiam diutius floribus quam plurimus ornetur, nempe
autumno toto, & ad hyemem usq;. Unde mel, quod ex his apes
faciant, ericeum (ut Plinius est author) antiquus appellatur,
quod convehi tradidit post primos autumnus imbres, cum erica
sola floret in sylvis. Præterea cum lib. 3. scribat Dioscorides, co-
rim, hypocymum aliquibus vocatum, fruticem esse folio ericæ,
minore tamen, sitq; hæc cori folio admodum similis, magis ad-
Mel eri-
ceum.

huc inclinavit animus ad credendum, hanc esse Dioscoridis ericam. Huic ergo rationibus adductus non temere factum puta-
vi, pro legitima erica hujus effigiem expressam dare. Oritur hæc frequentissima in Goritienfi agro eo præsertim tractu, quæ
à Divo Andrea (ita appellatur vicus) ad Vipacum fluvium itur: incolæ vernaculo sermone eam nominant Grione. Sed in
Hetruria longe magni adolefcent, suntq; ex ea scopæ aptissima ad mundandas ades, & ob id vulgò hæc planta propriè voca-
tur Scopæ. Marcellus, nescio qua ratione ductus, ericam magno errore geniste speciem putat. Ericam aliam, cujus etiam hic
imaginem exhibemus, ut quæ fortasse non minus, quam antedicta, veram referat, misit ad me Gabriel Fallopius Mutineh-
sis Medicus singularis ingenii & eruditionis, dum Patavii honorifice humani corporis dissectionem & materiam medicam
proficeretur. Ramos edit tenues, foliis alterius longioribus acutioribusq;, angustis ac numerosioribus, quibus circumquaq; ra-
muli stipantur. Flores edit parvos rubentesq;. Nasitur arido solo, & in collibus apricis & montibus non valde excelsis. An
Erica sit legitima hæc planta, aliorum judicio relinquo. Est & planta in montibus nascent, qui Bohemiam à Silesia disten-
dunt, & à quorum fontibus Albus fluvius originem ducit, humi procumbens, & latas occupans areas, folio penè vulga-
ris Ericæ, quæ baccas edit purpureas in purpura nigricantes, Juniperinus baud minores, sed molliore pulpa, lenta, & colore
subvirescente ut in pruno. Ramus est lignosus, ex atro rufescentibus, flexilibus, obsequiosisq; flores videre non licuit, sed ip-
sam tantum bacciferam mense Augusto. De qualitatibus & viribus, quid certi dicam, non habeo. Hanc Ericam bacciferam
appellandam duximus: quam unā cum altera à Fallopio mihi missam libenter depingi curavimus, atq; in medium proferre
libuit, ut rei herbarie peritos in his, quemadmodum & in cæteris plantis, judices constituamus: quorum sanè judicio sub-
scribent studiosi, quibus nos quidē quantum labore atq; industria consequi possumus, non gravamur prodesse. Ericam paucis
perstrin-

Ericæ
confider.Scopæ.
Erica al-
tera.Erica
baccife-
ra.

II. ERICA SECUNDA.

III. ERICA BACCIFERA.



Erica fa- perstrinxit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, sic inquit: Erica digerendi per balitum facultatem obtinet.
cultates Flore ejus potissimum, ac foliis utendum: hac Galen. Ceterum aqua, in qua vulgaris Erica, folia ejus & flores, decocta sit,
ex Gal: sumpta tepida tam mane quam vespere triginta dies, quinq. unciarum pondere tribus horis ante cibum, valet ad vesica
Contra: calculos comminuendos & expellendos. Verum felicius succedit, si post id tempus male affecti in balneum decoctionis ejus-
calculi, dem planta ingredi, atq. inibi dum morantur, super Ericam decoctam sedere debent: idq. pluries repetendum est. Equi-
dem novi aliquos, qui servata recta victus ratione, hoc tantum potu vesica calculum in minimas partes comminutum eje-
cerunt. Florum decoctum potum lumborum & ventris doloribus succurrit: foliorum succus oculorum imbecillitatem sa-
Nomina, nat, si guttatim instilletur. Planta hac, qua Gracis *ἑρική*, Latinis item Erica nominatur, pariter & Italis: *Hyden* / 40
Germanis: *Queiro*, Hispanis: *Bruyere* Gallis.

Ericae, quae Tetralix Atheniensibus, Plinio auctore, Sifara Varroni, duo summa sunt genera: altera Myricae similis, sed minor: altera Coridis folio, ut ex Dioscoride colligitur: Siquidem capite de Cori, corin Erica dixerit folio. Hujus multae sunt species magnitudine foliorum, & florum forma coloreq. inter se differentes, cujus nomine Clusius historia Hispanica novem species: Pannonica vero historia alias etiam proposuit, qua de re suo loco. I. Quam Ericam folio Tamarisci vocamus, Erica est Dioscoridis, Erice Fuch. Erica, Dodo. gal. Cord. in Diosc. Lonic. Cast. Tab. Erica vulgaris, Thal. Erica folio myricae, Lob. Clus. Hisp. Erica prior, Dodo. Erica prima, Matth. Lugd. Erica vulgaris purpurea, Trago. Variat floris colore purpureo & candido: haec etiam foliis tomentosis & incanis, flore dilutiore, monente Clusio, in Anglia reperitur. II. Erica secunda, altera Clus. hisp. Erica Juniperifolia dense fruticans Narbonensis, Lob. Erica altera, Matth. Lugd. Cast. Taber. III. Erica baccifera Matthioli, Clus. Hisp. Lugd. Thal. Erica prima vel Erica baccifera, Clus. Panno.

A' *acacalis*.

ACACALIS.

CAP. CI.

a Meum
exempl.
in quo
ti. ta
exempl.
id est,
quadan-
tenus si-
milis est
myricae
fructui.
Et acule-
os, non
legit O-
rib.

Acacalis fructus est nascentis in Aegypto fruticis a seminis myricae quadantenus similis. Cujus aqua, in qua maduerit, ad collyria additur, quae ad excitandam oculorum aciem conveniunt.

Acacalim Aegyptia arbuscula semen ad nos hac aetate convehi non equidem arbitror, quippe quod inter semina, qua peregrina nobis importantur, nullum adhuc repperim, quod Acacalim legitime referat.

RHAMNUS.

CAP. CII.

Rhamnus fruticat in sepibus, ramos ferens rectos, [& aculeos] in acutae spinæ modum: foliis parvis oblongis, subpinguibus: teneris. Alterum ei genus candidius. Tertium nigrioribus, latioribusq. foliis constat & quadantenus rubentibus: cujus rami quinum ferè cubitorum longitudinem implent, spinosiores quidem, sed infirmioribus, minusq. rigentibus aculeis. Fructum edit latum, candidum, tenuem, folliculari specie, verticillo similem. Omnium folia igni sacro, & serpentibus ulceribus efficaciter illinuntur. Fama est ramos hujus valvis, fenestrisve impositos, veneficia depellere.

I. RHAM-